SIGISMUNDUS AUGUSTUS

Dei gratia Rex Poloniæ magnus Dux Lituaniæ Russiæ Prussiæ Masouiæ Samogitiæ etc. Dominus et hæres. Manifestum facimus præsentibus literis nostris et per:
petuæ memoriæ comendamus. Cum innata sit Regum authoritas, vt etiam vel ex ignobilibus, liceat illis facere et creare nobiles, ex illegitimis, legitimos, ex inhabilibusque habiles, mul:
to magis conuenit, vt eos qui nunquam aliqua infamiæ rubigine conspersi, nunquam aliquo scelere notati sunt, ab obtrectantium et maledicentium aculeis et morsibus vindicent. Proinde cum pro:
vidi Simon Jassek et Thomas Cander Magistri et Textores telarum vulgo obrusnicy seu ploczienniczi appellati suo et aliorum confratrum absentium Ciuium Leopolien nomi:
nibus, nobis grauiter conquesti essent, nonnullos homines subditos nros, eosdem textores et quemuis ex congregatione illorum in sessionibus et aliis actionibus, plurimis obro:
briis sæpius consueuisse afficere, affirmareque, fama et honore illis esse impares, indignosque ad obeundos magistratus et officia ciuilia. Supplicarentque eo nomine illis ex autho:
ritate nostra prospectum iri. Nos igitur qui ex innata benignitate, consueuimus potius subditorum nostrorum famam curare, commoda augere, ab omnique iniuria eos vindicare,
quam bonam famam et honorem illorum, nulla præsertim legitima causa interueniente, opprimi. Permoti iustis supplicationibus superius commemoratorum artificum, eos ipsos,
et alios omnes eius artificii textorii, obrusniczi, siue ploczienniczi appellatos, magistros et socios, tam in Ciuitate nostra Leopoliensi, quam extra illam, et vniuerso Regno nro
Ducatibusque et Dominiis illi subiectis agentes, eorundemque subditorum nostrorum posteritatem ex lumbis eos descendentem, ab omni infamia nota, præterquam si quispiam eorum
de aliquo enormi scelere facinoreque conuictus fuerit, de plenitudine potestatis nostræ et auctoritate nostra Regia quæ ad hoc maxima est. liberamus et vindicamus. Decernentes
ipsos et eorum quemlibet esse bonæ famæ viros. Eosdem itaque et suos legitimos successores ad omnia et singula officia et magistratus ciuiles quantumuncunque magnos et insignes
[illegible] Proconsulatus et Consulatus Aduocatiæ et Scabinorum, nullos prorsus excipiendo. et ad artificia artesque mechanicas, quæcunque hic in Regno nostro et alias vbilibet locorum
exercentur, motu proprio, ex certaque scientia et speciali gratia nostra, ac consilio Consiliariorum nrorum in hac præsenti conuentione generali nobiscum congregatorum, hisce literis
habiles et idoneos fore et esse declaramus, ac in sortem numerum libertatesque et prærogatiuas, quibus alii Ciues in illa Ciuitate nra, et vbique gaudent et gaudere consueuerunt, asscri:
bimus et annumeramus, asscriptosque et annumeratos fore censemus nunc et in perpetuum. Nulli ergo hominum omnino liceat hanc nostræ vindicationis habilitationis et asscriptio:
nis decreti ac voluntatis nostræ præscriptum infringere, aut illi quouis modo ausuque temerario contrauenire. Si quis autem id attentare præsumpserit, poenam nostræ grauissimæ indi:
gnationis et Quadraginta marcarum argenti noueri se incursurum. Quarum dimidium erario nostro Regio. Reliquum vero pro iniuriata parti decernimus per præsentes irre:
missibiliter applicari. In quorum omnium fidem [illegible]

SIGISMVNDVS AVGVSTVS Dei
gratia REX POLONIÆ magnus Dux Lituaniæ Russiæ Prussiæ Masouiæ Samogitiæ &c. Dominus & hæres Manifeſtum facimus præſentibus literis noſtris & per:
petuæ memoriæ comendamus. Cum inuicta ſit Regum authoritas, vt etiam vel ex ignobilibus, liceat illis facere & creare nobiles, ex illegitimis, legitimos, ex inhabilibusque habiles, mul:
to magis conuenit, vt eos qui nunquam aliqua infamiæ rubigine conſperſi, nunquam aliquo ſcelere notati ſunt, ab obtrectantium & maledicentium aculeis & morſibus vindicent. Proinde cum pro:
uidi Simon Saſſek & Thomas Tander Magiſtri & Textores telarum vulgo obruſniczi ſeu ploczienniczi appellati ſuo & aliorum confratrum abſentium Ciuium Leopolien. nomi:
nibus, nobis grauiter conqueſti eſſent, nonnullos homines ſubditos nros, eoſdem textores & quemuis ex congregatione illorum in ſeſſionibus & aliis actionibus, plurimis obro:
brus ſæpius conſueuiſſe afficere, affirmareque, fama & honore illis eſſe impares, indignosque ad obeundos magiſtratus & officia Ciuilia. Supplicarentque eo nomine illis ex autho:
ritate noſtra proſpectum iri. Nos igitur qui ex innata benignitate, conſueuimus potius ſubditorum noſtrorum famam curare, commoda augere, ab omnique iniuria eos vindicare,
quam bonam famam & honorem illorum, nulla præſertim legitima cauſa interueniente, opprimi. Permoti iuſtis ſupplicationibus ſuperius commemoratorum artificum, eos ipſos,
& alios omnes eius artificii textorii, obruſniczi, ſiue ploczienniczi appellatos, magiſtros & ſocios, tam in Ciuitate noſtra Leopolienſi, quam extra illam, & vniuerſo Regno nro
Ducatibusque & Dominiis illi ſubiectis agentes, eorundemque ſubditorum noſtrorum poſteritatem ex lumbis eorum deſcendentem, ab omni infamiæ nota, præterquam ſi quiſpiam eorum
de aliquo enormi ſcelere facinoreque conuictus fuerit, de plenitudine poteſtatis noſtræ & auctoritate noſtra Regia quæ ad hoc maxima eſt, liberamus & vindicamus. Decernentes
ipſos & eorum quemlibet eſſe bonæ famæ viros. Eoſdem itaque & ſuos legitimos ſucceſſores ad omnia & ſingula officia & magiſtratus Ciuiles quantumcunque magnos & inſignes
videlicet Proconſulatus & Conſulatus Aduocatii & Scabinorum, nullos prorſus excipiendo, & ad artificia arteſque mechanicas, quæcunque hic in Regno noſtro & alias vbilibet locorum
exercentur, motu proprio, ac certaque ſcientia & ſpeciali gratia noſtra, ac conſilio Conſiliariorum nrorum, in hac præſenti conuentione generali nobiſcum congregatorum, hiſce literis
habiles & idoneos fore & eſſe declaramus, ac in ſortem munerum libertateſque & prærogatiuas, quibus alii Ciues in illa Ciuitate nra, & vbique gaudent & gaudere conſueuerunt, aſſcri:
bimus & annumeramus, aſſcriptoſque & annumeratos fore cenſemus nunc & in perpetuum. Nulli ergo hominum omnino liceat hanc noſtræ vindicationis habilitationis & aſſcriptio:
nis decreti ac voluntatis noſtræ præſcriptum infringere, aut illi quouis modo auſuque temerario contrauenire. Si quis autem id attentare præſumpſerit, poenam noſtræ grauiſſimæ indi:
gnationis & Quadraginta marcarum argenti nouerit ſe incurſurum. Quarum dimidium ærario noſtro Regio. Reliquum vero pro iniuria parti decernimus per præſentes irre:
miſſibiliter applicari. In quorum omnium fidem & teſtimonium præſentes ſigillo noſtro ſubappenſo communiri iuſſimus. Dat. in Conuentione generali Cracouien. feria ſecun:
da poſt Dominicam Palmarum proxima. Anno Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo tercio. Regni vero noſtri anno vigeſimo quarto.

Joannes Ocieski
R. p. Canc.

R. Io. Magnifici Ioannis de Oczieſſino R. Pol. Cancellarii
Succamerarii Burgrabii Cracouien. Sandecen. Olſtinen. &c.
Capitanei

Przywiley Zygmunta [illegible]

R

62